

pro animabus propriis ac parentibus suorum & omnium fidelium defunctorum, confidenter & pro salute infirmi, auctoritate qua fungimur, de omnipotentis Dei misericordia confisi, XL^a dies de injuncta sibi penitentia misericorditer in Domino relaxamus. Datum Avinioni II^o idus septembris, pontificatus domini Clementis pape sexti anno decimo, nostri officii sub sigillo.

Inquisitiones in "Vitam" B. Hermannii Ioseph (II).

In *An. Praem.*, XXXIV, 1958, pp. 106-110, proposuimus praecipuas ideas a Prof. Hegel expositas in articulo edito in periodico *Trierer Theologischer Zeitschrift*, LXVI, 1957, pp. 298-311: *Die geistige und religiöse Welt einer Eifel-Abtei im Hochmittelalter*.

L. c., p. 106, monuimus sac. Koch anno 1941 in facultate Theologiae Universitatis Bonnensis ornatum fuisse doctoratu S. Theologiae, conscripta dissertatione de « Vita » Hermannii Ioseph. Auctor dissertationis, H. KOCH, e vivis ereptus est die 2 Martii 1945. Dissertatio autem ab ipso conscripta, nonnihil aucta et notis ornata, nunc edita est curis Prof. Dr. E. HEGEL, prof. in Universitate Monasteriensi.

In serie « Colonia Sacra », nr. 3 hunc titulum prae se fert: Karl KOCH - Eduard HEGEL, *Die Vita des Prämonstratensers Hermann Joseph von Steinfeld*, pp. 130. Verlag: Balduin Pieck, Köln. Pr.: 9,50 Mk.

Dum Hermannus Ioseph his in terris viveret, celebritatem specialem obtinuisse non videtur. Unicus fons e quo eventus vitae eius haurire possumus, est « Vita » eius. Prima quaestio quae de hac re poni potest, est ista: Qualis est valor stricte historicus huius « Vitae » ? Primum caput dissertationis (pp. 11-66) huic quaestioni enucleandae reservatur. Indicatis antiquis manuscriptis « Vitae », eius contentum indicatur. « Vita » continet duas partes apprime distinctas. Secunda pars « Vitae » confecta est ante primam. Secunda pars, seu alter tractatus brevior est priore. Duae hae partes compositae sunt aetate diversa. Auctor intendit lectores suos aedificare: « puto hoc quoque auditorum aedificationi aliquid profuturum ». Immo videtur canonizationem Hermannii fovere velle: « Ad laudem nominis tui, laudabilis Iesu Christe,... praesentem schedulam de tanto numero miraculorum, quae per merita servi tui fratris

Hermanni Ioseph... operari dignaris, conscribere curavi ; et ad laudem tuam, benigne Deus, mentes legentium excitare ».

Quis est auctor « Vitae » ? Nomen eius ignotum remansit. Indicia nonnulla indicare videntur auctorem « Vitae » mortuum esse, antequam opus suum finire potuerit. Conscriptor « Vitae » aetate proventus, testis personalis vitae Hermanni fuit, quamvis nonnulla etiam ab aliis addiscere debuerit de iis quae ab Hermanno gesta fuerunt. Hermannus ipsum aetate praecedebat. Abbas non erat ; neque supprior, nec sacrista. Patet in hac « Vita » plura inveniri quae nobis specimen concretum exhibent rationis agendi et vivendi in canonia Praemonstratensi saeculi decimi tertii incipientis ; quod eo maiorem significationem habet, cum sciamus communitatem Steinfeldensem tunc notam esse ob suum fervorem religiosum.

Auctor « Vitae » non omnia quae auditur statim ut obiectivum admittit. En quae, inter alia, notat : « quod factum licet fidem difficilem mereatur — opinata est valde et a suis familiaribus nobis tradita res miranda — sufficiat mihi et lectoribus meis rei veritatem tenere, etsi eam non possumus comprehendere ratione, quae certe nonnulla est, licet mihi adhuc forte non fuerit manifesta ». Apprime novit, in vita « Sanctorum » facta occurrere quae potius admiranda quam simpliciter imitanda sunt : « Sed nec ista, ut trahantur ab aliquo in exemplum, qui non fuerit similis exemplari — Nec hoc scribimus, ut trahi debeant in exemplum, quod tota ecclesia non observat ».

Praeterea auctor « Vitae » in theologia apprime edoctus erat. Miracula solummodo favente et annuente Deo fiunt. « Iesu Christe, qui cum Patre et Spiritu Sancto facis mirabilia magna solus, sive haec per angelorum sive hominum ministeria operari digneris ». Doctrinam de gratia non negligit ; immo habet distinctiones, quae in expositione gratiae apud magnos theologos occurrunt : « Electus itaque Dei puer, quem elegit et super quem posuit Spiritum suum — apposuit igitur gratiam concomitantem Dominus, qui gratis dederat gratiam praevenientem et gratiam perficientem daturus est ». Novit ea quae a theologis proponuntur de « explicatione visionum et apparitionum » : « Quaerunt autem quomodo Dominus Iesus..., sive etiam quo modo eadem beata Virgo... soleant hominibus apparere, videlicet utrum in eadem carne, quam habent, an tantum in anima, et an anima tunc a corpore separetur vel quomodo maneat in corpore in coelo, et tamen nobis sine corpore separetur vel quomodo in corpore in coelo, et tamen nobis sine corpore illo vel etiam cum

quo corpore appareat, an aliquis Angelorum pro ipsis appareat, quod etiam quaeritur de animabus Sanctorum, quorum corpora sunt in pulverem resoluta ». De Assumptione Deiparae haec notat: « beata Virgo, de qua praesumitur, quod ipsa quoque cum corpore sit assumpta ». De apparitionibus B. Virginis et Sanctorum haec habet: « quod tamen revelentur, usus ecclesiae iam recepit — omitto scribere, quid mihi responderit quaerenti ab eo, quid coelo aperto conspexerit, ne Philosophis aut Theologis quaestiones videar suscitare ». Manifestationes Christi facilius admitti possunt: « quod quidem de Deo est difficile ad credendum, cuius Divinitas intra omnia est, sed non inclusa, extra omnia, sed non exclusa, quae etiam sine humanitate assumpta per ministerium creaturarum suarum, quocumque modo vult, potest se hominibus revelare ».

Ex permultis citationibus S. Scripturae, tam Veteris quam Novi Testamenti, citationibus e scriptis Sanctorum et scriptorum ecclesiasticorum, patet auctorem « Vitae » fuisse virum eruditum, ipsumque sanam doctrinam catholicam gnaviter penetrasse. Quae omnia probant confratres nostros Steinfeldenses iure merito gavisos esse bona fama quibus tunc ubique afficiebantur. Probaturque insuper exinde biographum B. Hermannii Ioseph conscripsisse opus vere personale; ad quod perficiendum revera capax erat; quodque ex parte nostra summam auctoritatem meretur.

Canoniam Steinfeldensem iam existebat ante adventum Praemonstratensium; primus praepositus praemonstratensis, Evervinus, relationes epistolares habuit cum S. Bernardo. Steinfeld alias canonicas Ordinis fundavit; arctissimas relationes habebat cum canoniis in Frisia; Hermannus noster Ioseph, per plures annos, studiorum et institutionis gratia, commoratus est in Horto Sanctae Mariae (Mariengaarde) in Frisia. Steinfeld semper magis respexit ad usus stricte Praemonstratenses quam ad usus qui vigeant apud Magdeburgenses Praemonstratenses. Ea quae in « Vita » dicuntur de usibus conventus et de ritibus liturgicis conveniunt quae aliunde novimus extitisse vi Statutorum et Ordinarii Ordinis. Tandem quae in « Vita » transparent de paroeciis et dependentiis Steinfeldensibus alia non sunt ab iis quae novimus extitisse medio saeculo decimo tertio. Quae omnia iterum probant « Vitam » Hermannii historicam fidem mereri, neque pertinere ad illud genus litterarium Medii Aevi, quod meram « legendam » vocare solemus.

Eventus speciales non multi occurrissent videntur in decursu vitae Hermannii. Praeter ea quae Beati vitam spiritualem respiciunt, per-

pauca in « Vita » referuntur. Coloniae natus erat, ibidemque baptizatus. Institutus est in monasterio Frisiae ; postea in ascetorio monialium Cisterciensium operam suam sacerdotalem praestitit ; in quo et mortuus est.

In Horto S. Mariae (Mariëngaarde), cum monasterio Steinfeldensi arctis et frequentibus relationibus coniuncto, per plures annos, institutionis gratia, commoratus est Hermannus noster. Ibidem B. Fredericus scholam optime ordinatam erexerat. Cumque Hermannus in illa schola commoratus fuerit, mirum non est spiritualitatem Hermannus in pluribus convenire cum iis quae in « Vita » Frederici exponuntur. — Locus Hoven, prope Zülrich, videtur, secundum opinionem communem, esse locus mortis Hermannus ; distantia inter Steinfeld et Hoven est circ. 20 Kil.

Dies mortis Hermannus communis ista indicatur : 7 aprilis 1241. In ms. « Vitae » asservato Monaci Clm. 9528 indicatur annus 1251.

Quamvis « Vita » Hermannus schema « Vitarum Sanctorum » suae aetatis prae oculis habuerit, dici debet auctorem prae mente habuisse, et exponere intendisse decursum vitae cuiusdam apprime concretae. Hermannus magnam amabilitatem prae se ferebat ; anxietas quaedam conscientiae ipsum nonnihil vexavit ; indoles ipsius « mystica » aliquas difficultates ipsi procuravit. Scriptor et poeta praeclarus erat Hermannus. Commentarius Hermannus in Canticum Canticorum deperditus est ; quod prorsus dolendum est ; in hoc Commentario enim penitus inspicere potuissemus quid de B. Virgine pressius tenuerit. — Hymnus « Virginalis turma sexus », in honorem SS. Ursulae et Sociarum, quas magna cum devotione prosequabatur Hermannus, non videtur ab ipso confectus. Cantica alia, olim ab abbate Van Sterre edita, cum convenient cum aliis quae aliunde de indole et spiritualitate Hermannus nota sunt, uti genuina retinenda videntur.

Comparando « Vitam » Hermannus cum aliis « Vitis » antiquis Praemonstratensibus, plurima similia apprehenduntur inter Hermannus et Fredericum, in cuius monasterio (Horti S. Mariae) Hermannus institutus fuerat. Utrunque idem de Christo edicitur, idem de veneratione erga Matrem Domini et S. Ioannem Evangelistam, idem zelus pro curandis piis monialibus. Occurrunt ulterius utrinque in eorum « Vitis » similitudines ad verba materialia usque.

Aliae similitudines dantur inter « Vitas » Cisterciensium, potissi-

munum Vitae S. Hildegundis, monialis Cist. de Schönau prope Heidelberg; cum monialibus Cisterciensibus Hermannus noster de facto relationes multas habuit.

Etiam cum « Vitis » piarum faeminarum, quae « Beguinae » dici solent, similitudines obviae notari queunt. In specie cum « Vita » Mariae Igniacensis (Oignies). Hermannus noster pro illis piis mulieribus specialem venerationem habebat; huius Mariae, Iacobus a Vitry « Vitam » descripsit; scimus autem hunc Iacobum sese admiratorem eximium exhibuisse Praemonstratensium.

In altera parte libri KOCH-HEGEL, cuius considerationes spectabiles in praesenti fusius exponimus, comparatio accurata instituitur inter « Vitam » nostri Hermanni et litteraturam hagiographicam eiusdem aetatis. In cap. 5 huius partis (pp. 81-98) agitur in specie de relationibus inter « Vitam » Hermanni et spiritualitatem mysticam eiusdem aetatis.

A mysticis illius temporis summopere legebatur, commendabatur et describebatur contentum Cantici Canticorum. Quod et fecit, ratione omnino conspicua, Philippus de Harvengt. Idem dicendum de Hermanno Ioseph; expositio Hermanni, ut supra iam notabamus, deperdita est. Mystica quae in expositionibus istis deprehenditur, potius spectat ad mysticam practicam. « Diese praktische Mystik gewinnt im germanisch-romanischen Grenzraum, und zwar von 12. Jahrhundert an, eine geschichtliche Gestalt, während die spekulative Mystik sich in Deutschland erst unter den Einwirkungen der von Frankreich ausgehenden scholastischen Theologie und Philosophie entwickelt. Im 12. Jahrhundert stehen die Prämonstratenser der Scholastik noch fern, sie sind von Augustinismus beeinflusst, einem Mittelweg zwischen Scholastik und Mystik, wie er von der Schule von St. Viktor (1108 von Wilhelm von Champeaux gegründet) gepflegt wird. Ihr wissenschaftliches Interesse ist praktisch ausgerichtet, indem es teils auf die eigene Heiligung, teils auf die Seelsorge hinzielt. Die Prämonstratenser betonen dementsprechend den Willen, das Gefühl, das Herz; ihr Schrifttum, das überall nach dem allegorischen Sinn spürt, ist daher poesievoll und reich an geistlichen Werten, aber bleibt arm an metaphysischen Spekulationen » (p. 82).

In « Vita », Hermannus noster exhibetur speciali amore adhaerens Christo, Deiparae, S. Johanni Ev. SS. Ursulae et Sociis, Ecclesiae.

Penitius respiciens rationem qua Hermannus Christum amore

suo prosequitur et quam auctor « Vitae » exponit, diversitas quaedam statim apprehenditur: dum Hermannus potius Iesum quam Infantem veneratur, auctor « Vitae » Dominum Christum extollit; Hermannus eminet teneritudine amoris sui, auctor « Vitae » potius virilitate et fortitudine. Elementa venerationis Cordis Iesu — etiamsi admitteretur hymnum celebrem « Summi Regis cor aveto » non profluisse de calamo Hermanni — in speciali devotione Hermanni adsunt.

Quomodo Hermannus Deiparam venerabatur? Et sub quibusnam potissimum respectibus? Tria elementa eminent: « als Frauen-dienst; als Mutterschaftsmystik, und als Brautmystik » (p. 85). Iterum iterumque Maria vocatur ab Hermanno: Domina; ipseque se vocat « capellanium eius ». Maria dicitur: regina; virginum regina; regina virtutum; regina coelorum. Ex his titulis Deiparae ab Hermanno nostro tributis, sequitur Deiparam ab ipso consideratam fuisse quatenus habitudinem quam strictissimam habuit cum Christo. Et sub hoc ultimo respectu, considerationem penitiorem meretur exhibitio visionis expositae in I, 45; auctores KOCH-HEGEL hanc expositionis rationem memorantur, quin in illa sistant. Cum autem e variis rationibus appareat auctorem « Vitae » non ignarum esse sanae theologiae, ipsumque apprime edoctum esse de objectivo valore visionum, relatio huius « visionis » nostram maiorem attentionem mereri videtur. Maxime ideo quia in illa visione Mariae tribuitur functio quaedam specialis sub et cum Christo in offerendo sacrificio Crucis; quae « functio » nostro iudicio elementa continere videtur eorum quae nostris diebus a plurimis theologis Deiparae tribuuntur, ubi agitur de determinandis iis quae Matri Salvatoris competunt, iuxta determinationem divinam, in ipsa Redemptione. Pauca heic indicasse sufficiat; quae sane plenior considerationem merentur. In *Vita*, I, 46 haec narrantur: « Stabat aliquando Dei sacerdos eximius et cum prolixitate dulcedinis et cum dulcedine prolixitatis consuetae, in maxima hiemis asperitate, sacrosanctae mysteria celebravit... Interfuit tunc temporis Missarum solemnibus, optimae opinionis, simplicitatis purissimae, et castitatis eximiae praefata virgo Christi (Elisabeth): quae super sacerdote Domini coepit vehementius admirari, quod in tanto temporis spatio, quo adstabat Altaribus, tam immensam frigoris vehementiam non sentiret. Mirabiliter aperuit Dominus oculos admirantis, et maiori miraculo dubium admirationis eius absolvit. Fecit enim eam videre summum Sacerdotem et verum Pontificem, Dominum Iesum, ex una parte; et beatissimam Matrem ipsius,

ex altera parte stare beatissimi Sacerdotis. Nec otiosi adstabant sed suo ministro charissimo, in sacrosanctis mysteriis, invicem ministrabant. Dexteram enim manum eius Iesus, sinistram Maria tenebat; easque suo calefacientes attactu, frigoris eius vehementiam temperabant... Vere igitur (etsi non fuisset revelatione probatum) manus tuas, Sacerdos dignissime, Domini Iesu dignatio calefecit. Quis dubitet etiam venerabilem Matrem ministerium suo reddidisse Ministro, quae ipsi ignem, non solum corpus, sed et spiritum inflammantem, a suo unico Filio suis potuit precibus impetrare... Perfectis itaque in fervore cordis, et corporis refrigerio, sacris Missarum solemnibus; accedens ad angelicum Sacerdotem virgo contemplativa, ei, quid viderit, explicavit. At ille (sicut semper auram humanae laudis mira prudentia declinare solebat): Ego hoc, ait, non vidi: sed quia frigus non sensi, sic posse fieri cogitavi. Per hoc quod ait, Non vidi (quod utique corporaliter intelligendum est, quia nec corpore nec corpora vidit) suam, negando, humilitatem insinuat: in hoc ait, cogitavi, spiritualis visionis indicat veritatem. Qui ista mirando deficiunt (quia et viri dignitatem, et dignationem Domini Iesu minime comprehendunt) non minus mirari poterunt, quae subnecto. Quid enim minus admirationis habet et miraculi a praedictis quod a fidei teste et magnae opinionis audivimus, beatissimam Virginem et Matrem Domini visam fuisse suo Ministro, cum aureo calice (habente auream Crucem in medio) adstitisse, cor suum unicum Deo Patri in beatae Matris offerret honorem; et tandem, aperto et dilatato pectore Sacerdotis, tantae dignitatis Ministram, una cum Cruce et calice, in medio pectoris suscepisse ».

Mariam, Matrem Christi, esse èt Matrem fidelium, in « Vita » in permultis locis uti certum supponitur. Advertisse sufficiat quinam tituli denominationum Divae Virgini tribuantur: « Susceptrix; consolatrix; procuratrix; benigna mater; pia mater; mater misericordiae; mater omnis dulcedinis et suavitatis ». Culmen Hermanni adhaesionis Coeli Reginae exprimitur matrimonio mystico inito inter Beatum et dilectam eius Matrem spiritualem. Mariam vocare « sponsam; carissimam; rosam » non veretur.

Ultimum caput libri densissimi KOCH-HEGEL inscribitur: *Die geistige und religiöse Welt Steinfelds im Lichte der Hermann-Joseph-Vita*. Fontes antiqui, e quibus directe rationem vivendi, vel ideas directivas Praemonstratensium saeculi duodecimi et decimi tertii

perspicimus, rarissimi sunt. Indirecte autem permulta hauriri possunt e fontibus quales habemus in « Vitis ». In quibus merito, èt contento, èt auctore, specialem locum occupat « Vita » Hermanni Ios. Praecipua in dicta inquisitione Koch-Hegel indicata referre placet. « Der Verfasser der « Vita » und die Abtei Steinfeld stehen auf Grund dessen, was darüber aus unsere Quelle zu erheben ist, wie die Prämonstratenser überhaupt, der Theologie und der Methode der Frühscholastik nicht ablehend gegenüber, aber sie lassen eine gewisse Distanz erkennen. Das Mutterhaus der Gemeinschaft, Prémontré, liegt im Bistum Laon. Hier hatte auch die Wiege jenes Theologen gestanden, der durch sein Streben nach systematischer Zusammenfaschung theologischer Fragen so bedeutend wurde für die Entwicklung der Scholastik: Anselm von Laon. Anselms Schüler, Wilhelm von Champeaux, wurde der Gründer der berühmten Schule von St. Viktor zu Paris... An die positive, aber einem starken Eindringen der Dialektik in die Theologie — ebenso wie Bernhard von Clairvaux — ablehnend gegenüberstehende Viktorschule lehnen sich die Prämonstratensertheologen des 12. Jahrhunderts an: Anselm von Havelberg, Philipp von Harvengt und Adam der Schotte. Die teils auf Selbstheiligung, teils auf Seelsorge abzielende Idee ihrer Gemeinschaft fand in diesem Spekulation mit mystischer Innigkeit verbundenen Augustinismus eine für ihre Ziele praktische verwertbare Wissenschaft vor » (p. 112 s.).

Regiones Rheni saeculo duodecimi eamdem mentis tendentiam sequebantur: « Die rheinische Kloster standen der neuen, aber gemässigten Theologie offen, wobei es bezeichnenderweise in Köln mehr die praktischen als die theoretischen Fragen der Schule sind... In diese theologische Richtung fügen sich Steinfeld und die « Vita » ohne Widerspruch ein. Die scholastische Fachsprache — etwa in der Gnadenlehre — und theologische Streitfragen sind dem Verfasser bekannt und sein Versuch, die Tugenden seines Helden in systematischer Darstellung abzuhandeln, verrät den Einfluss der neuen Schule » (p. 113). « Theologische Wissenschaft als Mittel zu praktischer Religiosität war die Anschauung der Prämonstratenser, auch derer in Steinfeld. Konnten wir von ihrer theologischer Haltung sagen, dass man die neue Theologie kannte, dass aber die Treue zur traditionellen Denken und die Achtung vor der Autorität Augustins ausschlaggebend war, dass man also bewusst konservativ war, so ist die Frömmigkeitshaltung Steinfelds des 13. Jahrhunderts als höchst modern zu bezeichnen... Konservativ war die Prämonstra-

tensertheologie im Hinblick auf die starke Betonung der Ratio durch die neue Schule des Abaelard ; modern, fortschrittlich war die Frömmigkeit in der Auswertung der Kräfte des Gemutes für die Religiosität ; modern gegenüber der kraftvollen, an der Apokalypse orientierten klassischen Mystik der Hildegard von Bingen » (p. 114).

« Norbert, der Gründer der Prämonstratenser, hatte seiner Gemeinschaft keine eigenständige Frömmigkeitsideologie gegeben. Kein Wunder, dass seine Persönlichkeit in die « Vita » mit keinem Worte erwähnt wird... Aus die religiös-mystische Quellen bernhardinischen Frömmigkeit ist die Religiosität Steinfelds gespeist. Tiefe Spekulation und mystische Innigkeit verbanden Theologie und religiöses Leben miteinander... Allerdings nicht auf die Ebene der Grossen der Mystik bewegt sich die Frömmigkeit Steinfelds, sondern auf die niederen Ebene der schlichten Frommen » (p. 115).

« Neben der stark zisterziensisch betonten Geistes- und Frömmigkeitswelt Steinfelds fehlt übrigens das typisch Prämonstratensische nicht. Er war das Verdienst der Reform des kanonikalischen Lebens im 11. Jahrhundert, deren Vertreter sich auf Augustinus beriefen, dass nicht nur die Vita communis an den Stiftskirchen wiederauflebte, sondern auch der Verzicht auf persönliches Eigentum und die Handarbeit vom Kanoniker gefordert wurde. Der Verfasser der « Vita » ist sich des neuen geistlichen Lebensideals vollbewusst, wenn er für seinen Mitbruder das damals viel erörterte Attribut « pauper Christi » verwendet, dass Anselm von Havelberg den Benediktinern gegenüber geradezu demonstrativ für die Prämonstratenser in Anspruch nahm. Der Verbindung von vita contemplativa und vita activa bei den Prämonstratenser entsprach auch die Ausübung der Seelsorge durch die Söhne des hl. Norbert. Gerade durch ihre Seelsorgetätigkeit hatten die Steinfelder die Möglichkeit, dem neuen Frömmigkeitsleben Breitenwirkung zu verschaffen. Ihr Ausstrahlungsraum wird in der « Vita » deutlich sichtbar: es sind Nonnen- und Beginenkreise, die sich der geistlichen Betreuung Steinfelds erfreuen, und die Leute auf den wirtschaftlichen und kirchlichen Besitzungen von Steinfeld. Die im Mirakelbericht genannten Orte decken sich im grossen und ganzen mit ihnen. Wenn Gebetserhorungen und wunderbare Heilungen gerade dort und fast nur dort auf die Fürbitte Hermann-Jos.'s zurückgeführt werden, so zeigt dies den unmittelbaren Einfluss der Steinfelder Abtei, aber auch die Grenzen seines Austrahlungsraumes. Mirakelbericht und « Vita » sollen offenbar die neue durch Hermann-Jos. verkörperte

Frömmigkeitsbewegung weiter propagieren, der Kanonisation H. J.'s dienen und die Steinfelder Kirche zu einem Kult- und Wallfahrtszentrum machen. Dazu ist es nicht gekommen. Anscheinend ist mit Hermann-los. und dem Verfasser seiner Vita die erste Epoche, die Blütezeit des Eifelmonasteriums zu Ende gegangen. Für sie aber gilt, was Abt Gerlach von Mühlhausen in seiner Chronik zum Jahre 1184 schreibt und was ein ungenannter Kanonikus im westfälischen Münster dem Friedrich von Mariengarten mit ähnlichen Worten sagte: « Ordo noster... magno fervebat zelo... maxime in Steinveldensi ecclesia, quae nullam habuit vel habet in religione secundam » (p. 117). — Quod etiam edicatur in « Vita Frederici », c. 40: « Steinfeld domum esse... super omnimoda ordinis observantia famosam et religiositate praecipuam, ut ex bono virtutum odore merito eius praedicetur sanctitas, quanto dignoscitur uberiori illustrata gratia ».

J. B. VALVEKENS, O. Praem.

Formatio theologica in abbazia Wiltinensi.

Dr. A. HAIDACHER in *Analectis nostris*, t. XXXI, 1955, scripsit de relationibus abbatiam Wiltinensem inter et Universitatem Oenipontinam vigentibus occasione quaestionum dogmaticarum nonnullarum de Gratia, quae tunc acriter discutebantur. Thema magis speciale in nostris *Analectis* ibidem pertractatum pertinebat ad illa quae Dr. Haidacher inquisierat in ordine ad conscriptionem dissertationis *Beziehungen des Stiftes Wilten zur Universität Innsbruck*, praesentandae in Universitate Oenipontina pro obtinenda gradu doctis.

Recente (1957) idem Dr. HAIDACHER publicavit *Studium und Wissenschaft im Stifte Wilten in Mittelalter und Neuzeit. I. Bis zur Gründung der Universität Innsbruck (1669)*, in *Veröffentlichungen des Museum Ferdinandeum*. Pertractatio ista (99 pp.) per plurima refert quae nata sunt illustrare rationem qua Abbates plures Wiltinenses, saeculo decimo septimo, efficaciter conati sunt ut formatio religiosorum scientifica promoveretur; similiter exinde plurima deducere fas est de formatione generali religiosorum in illa aetate et de iis, quae censebantur illa aetate necessaria et utilia ad hoc ut religiosi vocationi suae quam maxime fideles censerentur.

Praeponitur ab auctore caput quoddam praeivium in quo gene-